

Quaestio 2

Utrum substantia materialis per aliquid positivum
intrinsecum sit de se individua

43. Secundo quaero utrum substantia materialis per aliquid positivum intrinsecum sit de se individua.

44. Quod non:

Quia 'unum' non dicit nisi privationem divisionis in se et privationem identitatis ad aliud; ergo cum singularitas vel individuatío non dicat nisi duplicem negationem, non oportet eius causam quaerere aliquid positivum, sed sufficit negatio.

45. Prima propositio probatur, quia si 'unum' diceret rationem positivam, non eandem quam dicit ens (tunc enim esset nugatio, dicendo 'ens unum'); nec aliam rationem dicit, quia tunc in quolibet ente esset entitas addita entitati, quod videtur inconveniens.

46. Contra:

Prima substantia per se generatur (ex VII *Metaphysicae*), et per se operatur (ex I *Metaphysicae*), – et in hoc distinguitur a secunda substantia, cui neutrum per se convenit; ergo ista conveniunt primae substantiae per illud quod addit supra secundam substantiam. Non autem conveniunt ista alicui formaliter per negationem; ergo prima substantia non addit tantum negationem supra secundam.

[I. Ad quaestionem]

[A. Opinio Henrici Gandavensis]

47. Hic dicitur quod individuatío in rebus creatis fit per duplicem negationem, – quam opinionem quaere V *Quodlibet* quaestione 8.

48. Sed contra istam opinionem.

Primo expono intellectum quaestionum motarum de ista materia: non

Questione 2

Se la sostanza materiale sia di per sé individua
grazie a qualcosa di positivo e intrinseco

43. In secondo luogo chiedo se la sostanza materiale sia di per sé individua grazie a qualcosa di positivo e intrinseco.

44. Sembra di no: l'uno non esprime se non la privazione della divisibilità in sé e la privazione dell'identità con altro. Poiché dunque la singolarità ovvero l'individuatío non esprime se non questa duplice negazione, non è necessario cercare della singolarità stessa un qualcosa di positivo ma è sufficiente la negazione⁹⁰.

45. Prova della prima proposizione: se l'uno esprimesse una nozione positiva, non sarebbe la medesima che esprime l'ente (in tal caso, infatti, dicendo 'l'ente è uno', si darebbe la *nugatio*)⁹¹, né esprime una nozione positiva diversa, poiché allora in qualunque ente si darebbe un'entità aggiunta a un'entità, e questo è assurdo⁹².

46. Contro: la sostanza prima si genera per sé (cf. *Metafisica* VII) e opera per sé (cf. *Metafisica* I) e in questo si distingue dalla sostanza seconda, alla quale non conviene di per sé nessuna delle due caratteristiche⁹³; queste convergono dunque alla sostanza prima grazie a ciò che essa aggiunge alla sostanza seconda⁹⁴. Quelle caratteristiche, tuttavia, non convergono formalmente ad alcunché in virtù di una negazione, perciò la sostanza prima non aggiunge alla seconda soltanto una negazione.

[I. Alla questione]

[A. Opinione di Enrico di Gand]

47. Si sostiene che l'individuatío nelle cose create avviene in virtù di una duplice negazione (cf. *Quodl.* V, q. 8)⁹⁵.

48. Contro questa opinione: espongo innanzi tutto come intendo le questioni che si pongono riguardo a questa materia. Non chiedo infatti in virtù

enim quaero quo natura est singularis vel individua, si illa significant intentionem secundam (quia tunc intentione secunda formaliter esse 'natura' singularis et effective ab intellectu causante illam intentionem secundam, conferente videlicet 'hanc naturam' ad 'naturam' sicut subdibile ad praedicabile), – nec etiam quaero de unitate numerali reali, quo formaliter natura est sic una (nam unitate numerali est res formaliter una sive illa unitas convertatur cum ente sive sit de genere quantitatibus, sive dicat privationem sive positionem); sed, quia in entibus est aliquid indivisibile in partes subiectivas, hoc est 'cui formaliter repugnat dividi in plura quorum quodlibet sit ipsum', quaeritur non quo formaliter illud repugnat (quia repugnantia formaliter repugnat), sed quo ut fundamento proximo et intrinseco ista repugnantia insit isti. Est ergo intellectus quaestionum de hac materia, quid sit in hoc lapide, per quod 'sicut per fundamentum proximum' simpliciter repugnat ei dividi in plura quorum quodlibet sit ipsum, qualis 'divisio' est propria toti universali in suas partes subiectivas.

49. Hoc modo intelligendo, probo quod non sit aliquod individuum formaliter sicut videtur illa positio ponere:

Primo, quia nihil simpliciter repugnat alicui enti per solam privationem in eo, sed per aliquid positivum in eo; igitur dividi in partes subiectivas non repugnat lapidi – in eo quod est ens quoddam – per aliquas negationes.

50. Probatio antecedentis: quia quantumcumque negatio tollat potentiam proximam ad agere et pati, ut per hoc illud ens in quo est negatio, non sit in potentia proxima ad aliquid, – non tamen ponit formalem repugnantiam illius entis ad aliquid, quia per possibile vel impossibile circumscriptis illis negationibus (cum non sint) staret tale ens cum opposito illarum negationum, et ita cum illo cui dicitur repugnare per se, quod est impossibile.

Exemplum huius: si substantia intelligatur non – quanta, non est divisibilis (hoc est, non est possibilis dividi potentia propinqua, non tamen repugnat sibi dividi, quia tunc repugnarent sibi recipere quantitatem, per quam posset formaliter dividi, stante igitur natura eiusdem substantiae corporeae, non repugnat sibi quod sit divisibilis. Similiter: si 'non habere visum' tollat potentiam proximam ad videndum, tamen non facit repugnantiam ad videre, quia potest stare eadem natura positiva (in qua fuit haec negatio) et potest

di che cosa la natura è singolare e individua, se con tale caratteristica si tratti dell'intenzione seconda; in virtù dell'intenzione seconda, infatti, la natura sarebbe singolare formalmente ed effettivamente per l'intervento dell'intelletto, il quale causa l'intenzione seconda, ossia conferisce alla natura il carattere di 'questa natura' nel modo in cui un predicato è conferito a un soggetto⁵⁶. E neanche chiedo dell'unità numerica per la quale formalmente la natura è una (infatti una cosa è 'una' per l'unità numerica, sia che quella unità si converta con l'ente, sia che appartenga al genere della quantità, sia che esprima una privazione o una posizione). Chiedo bensì: dato che negli enti vi è qualcosa di indivisibile in parti soggettive, ossia 'ciò a cui formalmente ripugna di essere diviso in più enti dei quali ciascuno sia identico a esso stesso', chiedo allora non in virtù di che cosa tale caratteristica gli ripugni (giacché formalmente gli ripugna per la ripugnanza stessa), bensì per quale fondamento prossimo e intrinseco gli appartenga la ripugnanza. Intendo perciò il problema in questo modo: che cosa sia in questa pietra ciò grazie a cui, inteso 'come fondamento prossimo', le ripugna di essere divisa in più pietre delle quali ciascuna sia identica a essa: tale divisione è invece appropriata al tutto universale nelle sue parti soggettive⁵⁷.

49. Intendendo allora la questione in tal modo, provo che una cosa non è formalmente individuale per il motivo addotto in quella opinione⁵⁸. Primo, perché niente ripugna in senso assoluto a un ente solo per una privazione che gli appartenga, bensì per qualcosa di positivo; dunque l'essere divisa in parti soggettive non ripugna alla pietra – in quanto è un ente determinato – in virtù di questa o quella negazione.

50. Prova dell'antecedente⁵⁹: non ostante che la negazione elimini la potenza prossima ad agire e a patire, sì che in tal modo l'ente in cui è la negazione non sia nella potenza prossima per qualcosa, tuttavia la negazione non pone in quell'ente una ripugnanza formale per qualcosa; questo ente infatti, se per la possibilità o l'impossibilità si escludono quelle negazioni, avrebbe l'opposto di quelle negazioni, ossia l'opposto di ciò che si dice che per sé gli ripugna; e questo è impossibile. Se per esempio immaginiamo una sostanza non quantificata, essa non è divisibile (cioè non è possibile che sia divisa per la potenza prossima); tuttavia non le ripugna di essere divisa, poiché se fosse così, le ripugnerebbe di ricevere la quantità per la quale potrebbe formalmente essere divisa. Dato che la natura della medesima sostanza corporea sussiste, allora non le ripugna di essere divisa. Ugualmente, se 'non avere la vista' elimina la potenza prossima a vedere, tuttavia non produce la ripugnanza a vedere, poiché la medesima natura positiva (nella quale è questa

sibi inesse oppositum illius negationis absque repugnantia ex parte naturae.

51. Ita posset argui in proposito: cum ille ponat naturam 'ex se esse unam et individuam', numquam tamen per aliquam negationem 'positam in natura' repugnabit sibi formaliter dividi, et ita numquam erit aliquid ens positivum in rebus quod erit complete individuum.

52. Et si aliquo modo instetur primae propositioni huius rationis, saltem assumo istam propositionem: 'nulla imperfectio repugnat alicui formaliter nisi propter aliquam perfectionem', quae est aliquid positivum et entitas positiva; sed 'dividi' est quaedam imperfectio (et ideo non potest competere naturae divinae); ergo etc.

53. Item, negatione non constituitur aliquid formaliter in entitate perfectiore quam sit illa entitas praesupposita negationi (alioquin negatio esset formaliter entitas quaedam positiva); sed prima substantia (secundum Philosophum in *Praedicamentis*) est maxime substantia, et etiam est magis substantia quam secunda substantia; igitur non formaliter constituitur in entitate primae substantiae per negationem, in quantum distinguitur a secunda.

54. Item, de 'singulari' per se primo modo praedicatur illud cuius est singularis; sed de aliquo ente 'accepto sub negatione' non praedicatur per se aliqua entitas ratione totius subiecti, quia totum non est per se unum (si ratione partium, tunc non est praedicatio superioris de inferiore, sed eisdem de se).

55. Praeterea, licet ista positio videatur esse falsa in se propter argumenta iam facta, si intelligat individuum constitui in entitate et unitate singularitatis per negationem, – tamen videtur omnino superflua et non respondere ad quaestionem, quia ipsa posita, adhuc remanet eadem quaestio:

Nam de duplici negatione, quam ponit, quaero quae est ratio quare negatio ista convenit illi? Si istam duplicem negationem dicit esse per se causam, non responderetur ad quaestionem: quaeritur enim illud per quod repugnant opposita istarum negationum, et per consequens per quae insunt istae negationes.

negazione) può sussistere e può appartenere l'opposto di quella negazione senza ripugnanza con la sua natura⁶⁰.

51. Al proposito si può argomentare nel medesimo modo: poiché Enrico pone che 'la natura è di per sé una e individa', mai le ripugnerà formalmente di essere divisa in virtù di una negazione 'posta nella natura'; in questo senso non si darebbe mai nella realtà un ente positivo completamente individuale⁶¹.

52. E se in qualche modo si rifiuta la prima proposizione di questo argomento⁶², assumo almeno la seguente: 'nessuna imperfezione ripugna formalmente a qualcosa se non per una perfezione', che è qualcosa di positivo ed è un'entità positiva; ma 'essere diviso' è una certa imperfezione (perciò non può competere alla natura divina); dunque ecc.

53. Inoltre, per mezzo di una negazione non può essere costituito formalmente qualcosa in una entità più perfetta di quella entità presupposta alla negazione (altrimenti la negazione sarebbe formalmente un'entità positiva); ma la sostanza prima (secondo Aristotele nelle *Categorie*) è massimamente sostanza ed è anche più sostanza della sostanza seconda; dunque non è in virtù di una negazione che è costituita nell'entità di sostanza prima in quanto è distinta dalla seconda⁶³.

54. Inoltre, del singolare per sé si predica, nel primo modo della predicazione, ciò di cui il singolare stesso è il soggetto; ma di un ente 'inteso secondo la negazione' non si predica per sé un'entità secondo la nozione di un soggetto intero, dato che non è un intero di per sé uno (se è preso secondo la nozione della parte, allora non c'è la predicazione del superiore all'interiore, bensì del medesimo al medesimo)⁶⁴.

55. Inoltre, sebbene la su detta posizione risulti essere falsa per gli argomenti già svolti⁶⁵, se cioè intenda che l'individuo sia costituito nella sua entità e nell'unità della singolarità per mezzo della negazione, sembra comunque del tutto superflua e non adeguata a rispondere alla questione, poiché, se la si ammette, la questione rimane la medesima. In effetti, considerata la duplice negazione che la su detta tesi pone, chiedo quale sia la causa in virtù della quale conviene all'individuo. Se la duplice negazione esprime la causa per sé, non si risponde alla questione: si chiede infatti perché l'opposto di queste negazioni ripugni all'individuo e di conseguenza perché le negazioni gli iniscano⁶⁶.

56. Similiter, quaero unde 'negatio' sit haec, cum sit eiusdem rationis in isto et in illo? Nam sicut in Socrate est duplex negatio, ita in Platone est negatio duplicis rationis; unde igitur Socrates est 'singulare' hac singularitate (propria et determinata) et non singularitate Platonis? Non potest dici, nisi inveniatur unde 'negatio' sit haec negatio, et hoc non potest esse nisi per aliquid positivum.

[B. Solutio propria]

57. Concedo igitur conclusione istarum rationum, quod necesse est per aliquid positivum intrinsecum huic lapidi, tamquam per rationem propriam, repugnare sibi dividi in partes subiectivas; et illud positivum erit illud quod dicitur esse per se causa individuationis, quia per individuationem intelligi illam indivisibilitatem sive repugnantiam ad divisibilitatem.

[II. Ad argumentum principale]

58. Ad argumentum 'in oppositum':

Licet assumptum sit falsum forte (de quo alias), tamen si verum esset quod 'unum' significaret formaliter illam duplicem negationem, non sequitur quod non habeat aliquam causam positivam per quam insit ei illa duplex negatio, — nam et unitas specifica pari ratione significaret duplicem negationem, et tamen nullus negat entitatem positivam esse in ratione entitatis specificae, a qua entitate positiva sumitur ratio differentiae specificae. Et istud est argumentum bonum pro solutione quaestionis et pro opinione, quia cum in qualibet unitate minore unitate numerali sit dare entitatem positivam (quae sit per se ratio illius unitatis et repugnantiae ad multitudinem oppositam), maxime — vel aequaliter — erit hoc dare in unitate perfectissima, quae est 'unitas numeralis'.

56. Ugualmente, chiedo perché la negazione sia 'questa', dal momento che la sua nozione è la medesima in questo e quello. Come infatti c'è una duplice negazione in Socrate, così anche in Platone. In base a che cosa, dunque, Socrate è singolare per questa singolarità (propria e determinata) e non per la singolarità di Platone? In effetti questo non si può comprendere se non si trovi il motivo per il quale la negazione sia questa negazione; e questo non può essere se non per qualcosa di positivo⁶⁷.

[B. Soluzione propria]

57. Accolgo dunque le conclusioni di questi argomenti⁶⁸, cioè che a questa pietra ripugna necessariamente di essere divisa in parti soggettive in virtù di qualcosa di positivo in quanto sia la sua nozione propria. E questo qualcosa di positivo è ciò che si dice essere la causa per sé dell'individuatione, poiché con 'individuatione' intendo l'indivisibilità, ovvero la ripugnanza alla divisibilità.

[II. All'argomento principale]

58. All'argomento opposto [n° 44]: sebbene l'assunto sia falso (di questo parlerò altrove)⁶⁹, tuttavia, se fosse vero che 'l'uno' significhi formalmente la duplice negazione, non seguirebbe che non abbia una causa positiva grazie alla quale gli appartenga la duplice negazione; anche l'unità specifica, infatti, significherebbe una duplice negazione e tuttavia nessuno nega che nella nozione dell'entità specifica vi sia un'entità positiva, dalla quale si desume la nozione della differenza specifica. Questo è un argomento valido per la soluzione del problema e a sostegno della mia tesi, poiché, se si deve attribuire un'entità positiva a qualunque unità minore dell'unità numerica (la quale entità è per sé la ragione di quell'unità e della ripugnanza alla molteplicità opposta), massimamente — o almeno in ugual misura — l'entità positiva si deve attribuire a quell'unità perfettissima che è 'l'unità numerica'.